



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Liber XL. Contractus Fortunæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)



LIBER XL.

CONTRACTVS FORTVNÆ.

DE quatuor agendum in presenti Contractibus, in quibus præter ea, quæ cum cæteris habent communia, fortuna quoque peculiariter admiscetur. Hi sunt Assesuratio, Sponsio, Sortes, & Ludus.

SECTIO PRIMÆ.

De Contractibus Fortunæ Receptiores sine pugna Sententiæ.

CAPVT I.

De Assesuratione.

1
Quid assesuratio?

ASSESURATIO est contractus quo aliena rei periculum suscipitur pro pretio, obligando se ad eam compensandam, si perierit. Ita quidem ut quis teneatur ad compensationem totius, si res tota perierit, vel ad restitutionem partitis, si tantummodo perierit pars. Reducitur ad contractum innominatum Facio, ut Des, ex parte assesurantis, vel ad Do, ut facias ex parte offerentis pretium pro assesuratione. Vel reducitur ad emptionem, & venditionem, assesurator enim vendit susceptionem periculi, vel obligationem soluendi æstimationem rei, si pereat, pro certo pretio. Molina tractat. secund. de instit. disputatio 507. Lessius libro secundo cap. 28. an. quart. numero 24. Azor parte 1. rrio libro 11. cap. 18. questione prima & secunda. Fillius tractat. 37. numero primo, & secund. Syluest. verb. Negotium, quest. 5.

2
Quinque conditiones requiruntur. Prima est, ut ad se equalitas inter pretium datum assesurati, & obligationem, quam assesurator in se suscipit, perpendat. Quædam sunt temporis, loci, ac personarum circumstantiis. Iustum autem pretium in assesuratione censetur, quod est à lege taxatum, vel à

communi hominum æstimatione præscriptum. In aliquibus locis accipi assolent tres, quatuor quinque, vel lex pro centum. Azor. part. tertia libro 11. cap. 18. question. 10. Bonac. de contr. d. 3. question. 9. puncto 3. numero tertio, Fillius. tract. 37. numero tertio. Secunda est, ut qui petit assesuratorem, non cogat alterum ad huiusmodi contractum incundum. Quia alioquin imposeret obligationem pretio æstimabilem, ad quam assesurator non teneatur. Imo qui mutuat, & simul est assesurator pecuniæ mutuatæ in foro externo præsumi possit usurarius ex c. Naviganti, de usuris. Quia præsumitur dare mutuum cum pacto celebrandi, assesurationis contractum, adeoque cum onere pretio æstimabili, idcirco usurario. Nau. sum. c. 17. n. 283. Fill. tr. 37. n. 12. Tertia est, ut assesurator ab eo, qui assesurationem petit, de veris periculis admoneatur, quibus res assesuranda subiaceret. Quarta, ut res de qua contractus assesurationis initur, existat, unde non est valida assesuratio, quando quis non habet merces in navi, sed fingit eas habere. Quia dolus tunc dat causam contractui. Salo. de assesur. art. secund. concl. 2. Azor. p. 3. l. 11. c. 18. quest. 9. Quinta est, ut res non solum subsistat, sed etiâ sit periculo exposita, alioquin si assesurator sciat ante contractum rem (verb. grat.) peruenisse ad portum, vel ad terminum, ad quem elset deferenda, nihil posset accipere, & teneatur ad pretij accepti restitutionem, & ad resarcienda omnia damna mercatori secuta ob ipsius dolum. Quia contractus per dolum dantem ipsi causam celebrans, est inualidus. Lessius libro secundo. c. 28. n. 24. Fill. tr. 37. n. 5. & 7.

Quando

De spon- sione quod depositum sponione fuit. Quia iniste-
renit adimplere contractum. Ea quia conditio
adimpleta cenietur. Azor. p. 3. l. 11. c. 19. q. 7.
Fill. tr. 37. n. 28.

Licitu sunt Licitu sunt per se sponiones super vita mor-
te, vel futura Cardinalium electione, quia sunt
per se spon- de re, & euentu dubio, iure tamen positio
siones pro prohibentur sub pena excommunicatis ip-
vie. & ele- so facto incurrere reternate summo Praesuli.
dione Car- lino, & irrita redduntur, ac proinde lucrum eis
dualium. sponionibus acquiritur in foro conscientie est
sed probi- restituendum Ita Greg. XIV. in consil. Cogit
bita. nos de prauitate, die 28. Martij anno 1591. apud
Quarantam v. Electio.



CAPVT III.

De Sortibus.

15
Sortium
diuisoriu
hic sermo.

Sortibus diuinatorijs, quando scilicet
per eas inquiritur de futuro euentu,
& de sortibus consultatorijs, quibus
inquiritur diuinum consilium, &c. egimus ad
primum Decalogi preceptum. Hic sermo pro-
cedit de sortibus diuisorijs, ut cum sortes mit-
tuntur ad aliquod commune inter multos di-
uidendum. Nam quia inter ipsos non conuenit,
quam partem quisquam debeat accipere, sorti-
bus id committunt. Fill. tr. 37. n. 35. & 36.

16
Quidnam
fortes diui-
sortie earu
differencia.

Contractus ergo sortium est ille, quo aliqui
ius habentes in re aliqua, conueniunt, ut mit-
tantur sortes, quibus constet, quisnam illam de-
beat obtinere. Pro vari etate autem pacti etiam
variae possunt esse sortes. Alię enim *luforia* sunt,
ut in ludo, alie *Electoria*, quę ad electionem
faciendam ordinantur, alie alijs modis. Ex hac
definitione colligo, in huiusmodi contractu
posse duos contractus aliquando interuenire.
Primus est emptionis, & vditionis, in quo em-
ptores sunt ij, qui concurrunt, ad eam rem
habendam per sortes, venditor autem est is,
qui rem illam sortibus exponit. Secundus est
ipse sortium contractus, inter eos qui ad sortes
concurrunt. Fill. tr. 37. n. 38. Mol. tractat. 2.
d. 509.

17
Licitus hic
contractus
si fraus
absit.

Si fraudes absint, & inequalitates sortium
contractus licitus est. Quia quod singuli inui-
cem in fauorem ceterorum periculo sortis ex-
ponant eque ius ad rem aliquam, vel quam
partem ex ea debeant accipere, est commu-
natio quedam equalis, ac consequenter erit
iusta. Dixi, si fraudes absint, nam si in sorti-
bus mittendis, aliquid fiat, quo aliqui eo-
rum, inter quos sortes mittuntur, minus sint
expositi commodo lucrandi, vel periculo amit-
tendi, esset contractus iniustus. Quare si quis
rem ita disponat, ut fors vnum contingat de-
terminatum, & non alios, tenebitur resti-
tuere reliquis id totum, quod singuli contribu-
erunt. Fill. tr. 37. numer. 39. & alij com-
muniter.

17
Prohibita
est in Ec-
clesiasticis
beneficijs

Porro electio per sortes in Ecclesiasticis be-
neficijs prohibita est, secus in alijs rebus. Vnde
si reliqua ad sint requisita, fieri potest. Sic sor-
te eliguntur virgines, quę dotem recepturę
sunt ex multis habilibus. Sic in conclauis ad

electionem suam Praesulis distribuuntur en-
electio per bricula, & eliguntur qui in quo debeant collo-
cari. Fill. tr. 37. n. 41.

Porro in contractu sortium, qui Italice di-
citur *Il lotto*, ubique vsitato, quinque perlo-
narum genera interueniunt. primo enim sunt contractus
domini rerum, quę sortibus exponuntur, qui *El lotto*
videntes eas lucrantur pretium, & iustum ea-
rum valorem. Secundo sunt ij, qui contri-
buunt, & diuidunt inter se sortes ut is lucra-
tur, in quem fors, ut aiunt, beneficiata, ca-
dit. Tercio sunt ministri, qui publica autori-
tate taxant valorem rerum circa quas mitten-
da sunt sortes, accipiunt contributiones, &
nomina eorum, qui volunt contribuere, de-
num extrahunt sortes, & rem totam fideliter
exequuntur, eis competenti stipendio depu-
tato. Quarto sepe sunt pauperes, & pia loca,
quibus applicatur aliqua pars eius, quod quis
sorte lucrat. Quinto denique lucrantur ij,
qui plus contribunt, quibus saepe solet ob id
aliquid donari. Verum domini rerum, quę
sortibus exponuntur, licite earum iustum pre-
tium lucrantur. Quia iusto contractu, nempe
venditionis eas acquirunt, ut suppono. Is
autem, in quem fors beneficiata cadit absque
aliqua fraude, eam licite lucrat, quia om-
nes sunt equaliter expositi lucro, & periculo,
& omnes libet consentire, ut is, in quem
fors caderet posset rem illam licite habere. Mi-
nistri vero licite recipiunt stipendium laboris
sui, modo tres adsint conditiones. Prima, ut
stipendium non excedat iustum rigorolum.
Secunda, ut non sit plures, quam necessarij
esse videantur. Tertia, ut non plus temporis
in eo negotio insumant, quam necesse sit.
Molina, tractat. secund. disputatione 509. Et
quidem stipendium pro ministris soluendum
a contributoribus; quam a reum vendito-
re. Quia huiusmodi ministerium est in bonum
contribuentium potius, quam venditoris. De-
num ex rebus expositis aliqua in pios vsus pos-
sunt applicari. Quia eiusmodi applicatio fit om-
nium in id concurrentium consensu, ac prae-
terea publica autoritate. Mol.



CAPVT IV.

De Ludo.

LUDVS est contractus, quo ludentes
inter se paciscuntur, ut victori cedat, ludi des-
quod vterque deposuit. Quilibet collu-
sorum potest a contractu ludi, quoties volue-
rit, re integra, resilire, quando vero res non
est integra, id est, quando vel fors iam incepta
est, non licet resilire antequam fors consum-
metur nisi alter consentiat. Quia ratio contra-
ctus postulat ne alter ab eo resiliat cum alterius
contrahentis inuiti damno. D. Tho. 2. 2. q. 168.
a. 2. L. 1. 2. c. 26. n. 1. Fill. tr. 37. c. 4. Azor. p. 3. l.
5. c. 24. q. 7.

Ludus sua ex natura est licitus, & ex se
res indifferens, si tamen ob honestos fines inea-
tur, bonus, & honestus erit fieri potest illicitus ex
circum-

felicitas
potest ta-
men ex ci-
constanti
illicitus
feri.

circumstantijs, nempe ex affectu ad ma-
lum, vel si ludens paratus sit ratione ludi
facere, vt committere aliquo, cuius actus; vel
omisso sit peccatum lethale, vt quando omitti-
tur sacram in die festo, quando admittuntur
ficta ante dicta praua, vt blasphemia; conuitia;
vel quando intercedunt frandes contra ludi leges
(Porro leges ludi continent illas, quae in eo loco, in
quo ludi instituti sunt, asseruntur), vel quando al-
ter dolo, aut vi pertrahitur ad ludendum, vel
quando irreuerentia contra Deum interuenit,
velatione periculi alicuius non illis nomenē,
vel quando ludus exercetur cū eo, qui non po-
test pecuniā ludo exponere, vel donare, vel aliene-
re. Hicce in casibus ludus est illicitus mortali-
ter, aut venialiter pro rei gravitate, D. Tho. 2. 2.
q. 168. a. 2. Sayr. in clau. l. 1. c. 12. n. 2. Fil. ref. 37.
c. 4. q. 3. bonde ref. d. 2. q. 3. n. 3. Valenz. 2. 2. d.
5. c. 6. p. 5. dub. 8.

22
 Nam et
 mortale
 ratione
 felix a
 lacrum,
 ex circ
 plantia
 tēperis
 sacri,
 persona.

Aliquæ circumstantiæ sunt, quæ videntur la-
dam graniter illicitum facere, re vera autem
hanc efficiunt leuialiter illicitum. Primo ratio-
ne affectus ad luctum notabilis. Quia luctandi
affectuosa intentio non est ex se mala, nisi af-
fectu deprauetur, tamen affectu oisiosus erit, si
ad alium honestum finem non ordinetur. Secundo
ex perlonge circumstantia. Quia Clerici, Mona-
chi, etiam etiam Presbiteri aliquando licetè ludunt,
etiam talis, & chartis inferioribus honestam cau-
sam, modo abite sanctitatem, & a violatione legi-
s ad mortale obligantis abstinere. Tertio ex
circumstantia loci facti non est ludus peccatum
mortale, nisi forte cum scandalo geratur, vel
graui irreuerentia; aut nisi forte sit comedia ni-
mius profana, quam in loco sacro exponi non
debet. Quarto ex temporis circumstantia præ-
cisæ. Quia ludere in die admodum solemni, &
populi deuotioni dicato, mortale non est, nisi
aliqua leuialis circumstantia superaddatur. Nau.
sum c. 20. n. 3. Fill. ar. 37. n. 55. Regim. lio. n. 385.
D. n. 4. p. 1. r. 2. ref. 18; & p. 7. ar. 9. ref. 3. & 4.
Sylu. v. Ludus. n. 2.

23
De Indis
Hispaniarum.

Ludi hiitici cum sunt liciti, modò honeste ge-
rantur: secus fit turpiter, et cum turpium repre-
sentantur. Clerici vero non possunt ludos la-
nales gerere. Quia dedecet personã Ecclesiasti-
cam fidam personam hoc modo repræsentare,
propereã Doctoribus inculpe lethalis dantur.
Angel. v. *Ludus* in 2. Salon. 2. 2. q. 4. de do-
minio. 4. 6. concl. 2. & quidem non videntur ex-
celsari, nisi id raro breui tempore, & absque
scandalo geratur.

Ad iustitiam ludī quatuor requiro conditiones. Prima est, ut ludentes habeant liberam dispositionem rei, quam ludo exponunt. Nō enim possunt res alienas, vel quas alienare uel queunt, periculo exponere, vel eius dominiū in alterum transferre. Vnde licet filiis familias ludere valeat de bonis castrensisibus absq; patris consensu, nō tamen de adiuturijs, nisi ei pater vniuersum concedat. De profectijs autem nō potest absq; patris consensu, cum consensu licite ludere. Filius qui in curia, aut Academia centum ducatos quot annis expendit, si quatuor, vel quinque ludo dispendat, venisimile est, patrem ratum habere, cum probeparentes sciant, ipsi inuenies posse sine huiusmodi genere dispendijs. *Secundus libro secundo cap. 2. d. ubi secundum numerum secundum. Titulo libro quinto cap. 17. Diana part. prim. tr. de contr. res. res. 66. Nam*
Efcob. & Mend. Theol. Mor. Tom. V.

nar. *sum. c. 17. n. 12*. Vxor non potest de bonis si-
bi cum viro communibus, & dotalibus ludere
seu virilicentia, nisi iuxta morem patriæ, sal-
tem in notabili quantitate. De bonis vero po-
rphernalibus, quæ illis scilicet extra dotem, vel
hereditate, vel donatione, vel alias quavis via
aduenturunt, ludere valet. Sayr. *in claus. l. 1. i. 6.*
12 n. 7. bon. de res. d. 2. g. 3. pum. 2. n. 10. Reli-
giosus de Prelatu consensu ludere aliquod po-
test, non autem si excedat, vel illicitis sit ludus
etiam laici. Degens extra Monasterium, ludere
potest modico quiddam. v. g. quantum aut quin-
que in centum. Imò iudicium quatuor, quam
exca ludum licite valet iuxta fœd regulam,
fœd constitutiones, donare. Forst. de deb Regul.
v. Ludus. nu. 2. Indes pecunia aliena, non facit
sumum, quod, ludendo, acquirit, vt accidit quan-
do farcat, aut yburatus, vel famulus, vel deposita-
rius pecuniam alienam suo nomine ludo expo-
nit, & vincit, & lucrum acquirunt restituen-
dum est collatori pernici. Fill. *tr. 37. e. 6. g. 1. Bon.*
de res. d. 2. g. 3. pum. n. 15. Dian. *p. 7. r. 9. ref. 19.*

25
Secunda, ut
ludens
fraudibus
non utatur
contra ludi
leges.

Secunda collitio, vt ludens fraudibus nō vtatur
contra ludi leges, aliquot ad restitutionem
etiam, quod lucratus sit fuerit, tenetur, & ad re-
parationem damni, quod incurrit, qui abblata
fraude, erat lucraturus. Non autem ideo dam-
natim cautelas, quas ludi natura admittit, veri-
contra ludi
bus quæ ludent nū communes & notas, vt si quis leges,
aduertere, sic certo lucraturus in roget aduersariū,
venit ne dupli deponere, &c. *Lecl. l. 2. c. 26. n. 13.*
Fill. tr. 37. c. 6. q. 3. Azot. p. 3. l. 5. c. 25. Val. 2. 2. d.
5. q. 6. p. 5. du 8. Qui autem le alitius ludi fingit
ignatū, vt trahat alium ad colludendū, qui verē
ignatus est, tenetur restituere quidquid huius-
modi ab eo frau de lucratur. Quia cēletur causa
damni per fraudē. Item dixerim de illo, qui finit
se in primo vel secundo iactu vinci, vt deinde
veneratori questu superet aduersariū *Reg. l. 10. n.*
387. Mol. tr. 2. d. 5. 17. n. 4. Sayr. in clau. l. 1. c. 12.
18. Sa v. Ludus. n. 8. Qui verō auctionē factā ab
altero collatore acceperit eo quod a tertio char-
tarū inspectore vtriusq; collatōis admonitus
fuerit, vt eā acceptaret, ad restitutionem tenetur,
si ante admonitionem decreuerat non acce-
ptare. Quia admonitio fraude gessit lucrum,
Sayr. n. 23. Mol. n. 3. Lopez de contr. l. 2. s. 2.

Tertia est, vt alter alterum per iniuriam, mi-
nis, connitijsve ad ludum nō pertrahatur. Quia si
ille sic attractus perdat, alter ei esse causa damni
per iniuriam, & tenebitur ad restitutionem.
Sayr. in clau. l. 1. c. 13. n. 1, 10. lecl. l. 3. c. 27. Man.
p. 1. iun. c. 188. com. 7.

25
Secunda, vt
ludens
fraudibus
non utatur
contra ludi
leges.
26
Tertia, vt
alter alter-
um per ini-
uriam ad
ludum non

26
Tertia, ut
alter alie-
rum per in-
iuriam ad
ludum non
pertrahat.

Quarta denique conditio est, vt æqualis sit
conditio ludentium, vnde per se loquendo, de
ratione ludi est, vt quis lucrari non possit plura,
qua collusor ab eo lucrari queat, habes v.g. decem
nummos antequam non possit primo iactu lucrari
viginæ, seu quindécim. Quia æqualis esse debet
vtriusque conditio. Hinc si collusor potest lu-
crari tunc decem, tunc tantummodo toti-
dem potes ab eo lucrari in vices singulas. Ta-
men fieri potest, vt vnus possit plures lucrari,
quam perire, verb. grat. quando alter collusor
nouit conditionem socij minore pecunie
vim habentem; & tamen cedit iuri suo, vel
quando ludo exponit decem, ludendo cum
duobus, tunc enim potest lucrari vix nti, quia
in eo casu exponit pecuniam suam duplo
maiori periculo. Idem in duertis mani-

T 3 bus

bus seu vicibus potest plus lucrari, v. gr. si ludo exponat decem, & à socio alia decem lucratur, si omnes viginti nummos voluerit ludo exponere, poterit vna vice lucrari alios viginti, & sic deinceps. Quia in his casibus nulla iniquitas reperitur. Molina *tractat. secunda d. 519. numero quart. Sylu. 2. 2. questione 168. ar. tit. 3. concl. 2.* Diana p. 1. *tr. de contr. resol. 67.* Bañes 2. 2. q. 32. a. 7. Sot. l. 4. de *inst. q. 5. a. 2.* Navar. *sum. c. 17. n. 12.*

28

De collu-
deribus ve-
tito ludo.

Qui iussu vetito ludo intendens non soluere, vel solum repetere, non potest retinere, quæ fuerit lucratus. Quia dolus dat causam contractui, collusor enim non luderet, si sciret socium nolle soluere, aut velle solum repetere. Reginald. l. 10. n. 388. Lessi. lib. 2. cap. 28. d. 5. num. 31. Qui vero vetito ludo pecuniam amittit, eamque soluit, non potest propria auctoritate recuperare, nec illius compensatio-

nem sumere, quamvis illud se per Iudicem recuperare daret. Quia qui lucratus est sine dolo, violentia, & ab eo, qui alienare potest, & in eo contractu nihil aliud reperitur, nisi sola legis prohibitio, iuste retinet pecuniam, eiusque dominium habet, quousque Iudicis sententia condemnatur. Medina de *rest. quest. 22. corollar. 3.* Valent. 2. 2. d. 5. q. 6. p. 5. dub. 8. Bañes 2. 2. q. 32. a. 7. dub. penult. Diana *part. 7. tract. 9. resol. 22.*

Quando luditur pecunia absente in ludo vetito, præstita fide de soluendo, stando in iure civili communi is qui amittit, non tenetur in conscientia soluere creditori, nisi forte iurauerit, se solumrum, quod perderet. Quia iure Cæsarco sancitur, ut victus non cogatur soluere. *Auth. de alcarum. C. de relig. & sumpt. funer. Sanch. l. 2. sum. c. 23. n. 144.* Navar. *sum. c. 20. n. 17.* Lessi. l. 2. c. 28. d. 4. n. 24. *Con. ad reg. peccat. p. 2. §. 4. n. 8.*

SECTIO SECVNDA.

Dubia de Contractibus Fortunæ.

CAPVT V.

Circa Affecuratiōem.

DVBIVM I.

An semper sit licitus, Affecuratiōis contractus?

29
Non sem-
per est li-
citus.



ON semper est licitus, sed solum, quando ille idem, qui alias operam suam debebat ad conseruationem rei alicuius adhibere, rursus pro interesse moderato periculum illius in se suscipit, v. gr. si nauta periculum in se suscipiat mercium, quas in naui deportat. Quia tunc affecuratio deseruit, ut maiori ille diligentia suo muneri satisfaciatur. Secus vero, quando qui periculum suscipit, nullam adhibiturus est operam, aut diligentiam ad rei conseruationem. Quia hæc affecuratio non est reipublicæ utilis, nec deseruit, nisi ut hi affecuratores otiosi suis in domibus locupletentur, sicut lafores. Sic Conrad. de *contr. her. qua- sione 71.*

30

Licet est
semper.

Semper quidem est licitus seruatis condi- tionibus, quas *sect. 1.* expressi. Quia contractus hic publicum cedit in bonum, ut mercatores audeant merces suas ex vno ad alium locum cum maiori securitate transportare. Ita

omnes Doctores teste Lugo *to. 2. de inst. d. 31. numero 93.*

Profecto de huius contractus honestate solus Conradus dubitauit, cuius sententiam merito omnes alij rejiciunt. Nam præterquam-
31
Hoc mihi
certum.

ditiones sicut in alijs asseruari.

DVBIVM II.

Quis agnouit ex Astrologia, non fore tempestates, vel ex amicis litteris Piratas omnino recessisse: Potest sine adhuc ordinariū pretium, et si magnum sit pro affecuratiōe petere ob magna tempestatis, ac Piratarum irruptionis pericula?

POTEST quidem, v. gr. tria in centum. Quia obligatio tanta passim æstimatur, eo quod magna sint pericula communiter occurrentia, nec minuit communem æstimationem notitia priuata causæ occultæ, quam ille habet. Sicut merces possunt vendi pretio communi ab eo etiam, qui priuatam scientiam habet de proxima abundantia. Sic Lessi. l. 2. cap. 28. dub. 4. numero 27.

Minime potest. Quia instat obligatio manifestandi vitium, & defectum intinsecum rei quæ est materia contractus, ut constat ex venditione, & alijs. Cum ergo materia huius contractus sit periculum quod suscipitur, si periculum tale non sit, vel sit minus, vel maius,
32
Potest qui-
dem.
33
Non potest

Sect. II. de Contract. Fortunæ. 223

& alius intrinsecè ab eo, quod apparet: id totum debet manifestari ad contractus iustitiam Ita Cardin. de Lugo tom. secund. de iust. d. 31. num. 97.

³⁴ *Hoc verius est, quod.* Hoc verius existimo, & idem esse, si dicat Lessius, non periculum, sed obligationem ad periculum huius contractus esse materiam. Nam quando periculum non est, vel est multo minus obligatio etiam ad illud periculum erit in se & intrinsecè multo lenior; & è contra quando periculum falsus est, obligatio erit in se etiam & intrinsecè maior. Parum autem refert ex quod passim tanti aestimatur: id enim pronenit ex ignorantia, non quidem circumstantiæ extiniscæ, sed ipsiusmet periculi, vel obligationis, quæ aestimatur esse talis cum talis non sit. Sicut quando gemma falsa aestimatur communiter vera, & magni pretij, non ideo venditor, qui scit esse falsam, potest carius illam vendere; quia defectus est in ipsa gemma intrinsecus. Quando autem merces venduntur pretio currenti a sciente futuram abundantiam non occultatur vitium oculum; quia merces non sunt minus, vel magis bonæ in se propter abundantiam, vel penuriam futuram.

DVBIVM III.

Si assuretur dimidia mercium pars generatim, perente media mercium parte assessor teneturne solvere partem perentis dimidiam?

³⁵ *Interrogatio.* Si designata sit pars assecrata, illa remanente salva ad nihil tenetur illa autem perente, debet solvere valorem. Hoc certum. Quia si nulla pars designetur, sed media mercium pars generatim assecratur?

³⁶ *Tenetur solvere.* Perente quidem media mercium parte debet assessor solvere dimidium partis perentis. Quia cum nulla pars particulatim fuerit assecrata, debet assecratio illa utriusque medietatis partem contingere. Sic Molina d. 507. §. solent.

³⁷ *Solvere non tenetur.* Non debet solvere assessor dimidium partis perentis. Quia verba illa assecrationis solum videntur significare, & promittere securitatem mercium saltem quoad mediam partem, hoc est, quod saltem media pars salva erit. Ita Cardin. Lugo tom. secund. de iust. d. 31. num. 102.

³⁸ *Hoc tenetur, & confir.* Hoc probabilius reputans exemplo exponam si habente duos filios in navigatione periculosa promittas securitatem, & redditum unius in consilio nullo designato solum significas, quod unus saltem manebit incolumis, nec assecras singulorum dimidium. Sic ergo qui assecrat solum alteram mercium partem, non videtur promittere, nisi quod altera saltem pars erit incolumis. debet tamen tunc assecrationis pretium minus esse quam dimidium pretij, quod daretur pro assecratione totius; quia in hac singula partes, determinat assecrantur; & minus etiam quod daretur pro dimidia partis determinat assecratione: quia facilius est securari incolumem hanc, vel il-

lam partem disunctam, quam hanc determinatam. Sicut minus debetur pro assecratione vitæ unius ex duobus filiis indeterminatæ, quicumque sit superstes, quam pro assecratione vitæ unius determinati.

DVBIVM IV.

Licitumne est, quando aliquid sub hasta venditur, aliquid promittere, & dare ei, qui pretium auferit, ob assecrationem venditionis?

³⁹ *Non licet.* Minus licet id accipi. Quia eo ipso videtur emptor totum id detrachere de iusto pretio rei, quod offert. Sic docti viri, quos consulti.

⁴⁰ *Licet plane.* Licet planè, & usitatum est in Hispania ad emptores alliciendos. Quia id reducitur ad assecrationis contractum: emptor enim assecrat venditorem quod res non vendetur minori pretio, & pro hac assecratione premium accipit obligans se vicissim ad venditionis securitatem pro iusto pretio, de quo periculum erat propter pecuniam emptorum. Ita Azor p. 3 l. 11. cap. 21. §. 3.

⁴¹ *Hoc mihi certum.* Hoc mihi certum. Addiderim, sicut assecrari possunt merces, ita & lucrum in mundanis assecrari posse. Molina §. Hic contractus cum Socertum. Potest etiam libertas assecrari, si precium sit captivitat. Azor. parte tertia l. 1. c. 18. §. 6. Item vita alicuius, quidquid alij dixerint, quos impugnat Azor. ibi. §. 8. & Molina uti sup. Sic enim assecrari solet vita Episcopi, vel beneficiarj accipientis pecunias mutuo ad solvendum pro Bulla.

CAPVT VI.

Circa sponsonem, & lucrum per sortes.

DVBIVM V.

Potestne sponsio acceptari, ac lucrum retineri, quando habens quis certitudinem protestatur alteri, se esse certum, nec velle, aut posse spondere: & tamen alium contemnit, ac vult spondere, non obstante illa certitudine?

⁴² *Nonnulla suppono.*  ONSENTIUNT omnes regulariter loquendo te non posse lucrum accipere cum certus eras de eventu, vel de veritate rei quam spondendo affirmabas. Ille
T 4 autem

autem est certus de rei eventu, qui scit per scientiam, vel divinam revelationem. Quasi-
fieri autem, an quis possit acceptare spon-
sionem & retinere lucrum, si proteletur alte-
ri, se esse certum, & tamen alius adhuc con-
tendit, ac vult spondere.

43 Potest quidem. Quia tunc nulla adest fraus
aut iniuria: & sibi debet alter imputare suam
temeritatem. Sic. Navar. Ludovic. Lopez, Medi.
quos affert, ac sequitur Sanchez apud Lugo
tom. de iust. d. 3. n. 81. Villalob. to. 28. diff. 6.
num. secund. Diana tom. tertio. tract. quarti. reso-
luto. 186.

44 Non potest. Quia iustitia & aequalitas in his
contractibus onerosis debet attendi cum propor-
tione ad contractum emptionis & venditionis,
quem omnes alij imitantur, in venditione au-
tem venditor licet non teneatur vitia extrinse-
ca rei manifestare, quando de illis non inter-
rogatur, debet tamen aperite intrinsecos defe-
ctus, quare si vendit gemmam quam putat esse
veram, & emptor etiam veram existimat, po-
tissima autem fallia appareat, venditio fuit invalida
si tamen scit falliam esse debet id manifestare
ementi ut veram, si dubitat, debet ut dubiam
vendere, & tunc fit contractus fortunae dimi-
nuto pretio, qui licet postea appareat esse fallia
validus est propter periculum, cui uterque in
dubio se exponit, si denique certo scit esse falsam
& emptor credat esse veram debet manifestare
vitium, nec poterit, licet emptor pertinaciter
cōtendat esse veram, vendere, quando venditur
ut vera; quia venderet supra pretium iustum, nec
error emptoris posset pretij excessum iusti ha-
re, nisi omnino gratis donare vellet. Tota ergo
sponsionis iustitia debet venditionis iustitiam
imitari, qua venditur pretio moderato gemma,
de qua uterque contrahens dubitat, an sit ve-
ra vel fallia, & ideo venditur cum vitio intrin-
seco, si forte illud habeat; quia uterque exponit
se periculo in illo dubio, sicut ergo qui sciret,
gemmam illam esse falsam, non posset, etiam
petente, & non credente emptore, accipere pre-
tium, quod offert, ita in sponsione qui scitius il-
lud, & spem falsam esse non potest pro illa ac-
cipere ius certum ad lucrum, etiam petente, &
non credente aduersario, nisi aperte constet de
animo spontaneo donandi, quem animum ferè
nunquam praesumi posse iudico. Ita Lugo citat.
secutus Alcozer, Franciscum Garcia, Molinam,
Filluc. tr. 37. n. 14. asserens sententiam primam
probabilem esse, secundam tamen magis iusti-
tiam niti.

Idem iudicari. Nam quod affirmant San-
chez & alij, posse id lucrum accipi in poenam
temeritatis accipientis sponsionem, non subsistit,
tum quia idem dici posset de vendente gemmam
falsam emptori nolenti credere falsam esse: tum
etiam quia aliquando culpa non erit tanta poe-
na dignatum denique quia poena imponi de-
bet à Iudice non à quolibet privato sua autho-
ritate

DVBIUM VI.

Tribus concurrentibus ad officium, vel
cathedram, licetne sponsionem con-
tra singulos omnes facere?

Quaestio est, num licitum sit quando
tres concurrant ad petendam cathe-
dram, Beneficium, aut officium va-
cans, cum vnoquoque seorsim spondere, quod
iple non eligetur: quo casu certum est, quod
spondens à duobus lucrabitur, ac perdet
cum vno: atque ideo ei lucrum est cer-
tum?

Non equidem licet. Quia hi omnes contra-
ctus simul sumpti tollunt aequalitatem, licet
singuli seorsim liciti sint. Quare qui ita spo-
ndit, debet duobus lucrum restituere, &
à tertio petere, quod ipsi soluit, sic Petr. re-
desma tom. 1. sum. tr. 32. capite secundo post. 7.
conclus. diff. 2. Villalob. tom. secund. summa
tract. 28. diff. 6. numer. tertio Diana parte ter-
tia tract. quarto resolutio. 185. qui profiteatur
contrariam sententiam esse probabilem.

Licet omnino Quia contractibus cum sin-
gulis iustus fuit, & expositus lucro, & dam-
no, ergo per concomitantiam cum contra-
ctu inito cum alio non fit iniustus. Ita docti
viri, quos presso nomine refert ac sequitur
Sanchez hic capite citato dub. 18. Lugo tom.
secund. de iust. d. 3. n. 87. & alij.

Hæc mihi magis arridet sententia, eiusque
fundamentum. Non enim potest esse iniustitia
vbi alicui inito contra ius damnum non in-
fertur. Rogitatur ergo postquam ille sponso-
nem gessit cum duobus licitè & iuste, cui in-
fert iniuriam spondendo cum tertio: Certè duo-
bus primis non infert, ipsi namque nihil dam-
ni patiuntur ex tertia sponsione: imò gratum
illis erit, quod ipsis lucrantibus, ille aliunde
lucretur, ut æquiori animo ipsis satisfaciatur: Non
igitur sunt iniuri circa tertiam illius sponsio-
nem, & per consequens non fit illis iniuria.
Quod idem argumentum fieri potest de ipso
tertio; ipse enim parum curat, quod ille an-
tea cum aliis duobus sponsionem inierit, cum
hoc nullum ei afferat nocumentum, unde etiam
si id sciret non idè minus eam sponsionem
acceptaret: Ergo nec ipse patitur iniuriam, pro
qua sit obligatio restituendi. Quod enim mihi
prodest, & tibi non nocet, non
potes rationabiliter im-
pedire, aut ideo
iniustus esse.

**

DVBIUM

Sectio II. De Contract. Fortunæ. 225

DVBIVM VII.

Quando sponso fit inter Antonium & Joannem, quod Antonius Joannem saltu, vel cursu superabit, & Joannes postea saltare, aut currere non vult: Joannes debetne solvere?

⁵⁰ *Solvere debet.* Quia cum per ipsum stet, scilicet completa conditio. Sicut si emiles iactum retis, & pisco solutio piscator nollet rete iacere, deberet reddere spem laci estimationem, sic Azorius *part. 3. lib. 11. capite 19. in fine.* Filluc. *tr. 37. numero 18.*

⁵¹ *Non debet.* Non debet per modum ludi quam sponsonis præmiu, illud, aut pena solet imponi. Ita *Lag. tom. secund. de inst. d. 31. num. 79.* In huius expositionem.

⁵² *Differtur.* Distinguentia existimo. Nam hæc concretio potest fieri per modum mæ sponsonis, que italice vocatur *Scomessa*, Gallice *Gageure* Hispanice *Apuesta*, Differentia autem videtur esse inter ludum & sponsonem, nam in contractu ludi, licet ludo incepto, non possit ludens resistere ante finitã illã saltu, vel saltu & commotione inceptam nõdum tamen incepto ludoslem per pollunt non ludere, nec alium animum sese obligandi videntur habere. Sponso autem videtur solo consensu perfici, & ea facta, & acceptata, non potest vnus eorũ resistere. Hoc supposito pronotatio ad saltum vel cursum pena, aut premio addito potest fieri sicut quando aliqui qui sese ad aliud ludi genus pronocant; sicut enim pila, sic cursu vel saltu certare possunt; & tunc ante inceptum ludum, cursum vel saltum non est obligatio quasi concertando de veritate rei, & de eventu, tunc locum habebit Doctrina illa P. Azorij, ac Fillucij. Ex circumstantiis autem constabit, quando vno, vel altero modo se voluerint obligare.

DVBIVM VIII.

An irrita sit super electione futura summi Pontificis, aut Cardinalium sponso?

⁵³ *Statut. quæstio.* Plus IV. prohibuit fieri sponsones super electione futura summi Pontificis, solum tamen tempore sedis vacantis, & in Vrbe Romana, vel ubi conclauis fieret, & solum sub penis Gubernatoris, & futuri Pontificis arbitrio. Quæserim num sit irrita huiusmodi sponso?

⁵⁴ *Ita non est.* Irrita non est. Quia consuetudine videtur derogata cas irritans sponsones. Vnde contranientes nulla censura ligantur. nec etiam extenditur prohibitio ad sponsones super Cardinalis alicuius electionem. Sic Azor. *p. 3. lib. 11. numer. 20.*

⁵⁵ *Est irrita.* Irrita omnino est quia Gregor. XIV. in Bulla quæ incipit, *Cogit nos.* Bullam P. J. IV. renouauit, eamque ad sponsones super Cardinalium electione tempus etiam ante sedem vacantem, & ad omnem locum etiam extra. Vrberem, & locum electionis. Et addidit, excommunicationem latæ sententiæ Papæ reservatam, & denique hæc sponsones de nouo irritauit, & annullauit, ita Filluc. *tr. 37. c. 2. qu. 7. & 3. Lugo 10. 2. de inst. d. 31. numer. 90.* Hoc verum esse existimo Vnde post Gregorij Bullam lacrum sponsonum huiusmodi restituendum erit.

CAPVT VIII.

Circa Ludum.

DVBIVM IX.

An votum, aut iuramentum non ludendi possit sub morali obligare?

⁵⁶ *Non potest.* Non potest. Quia ludus secundum se est res indifferentis, & quæ bene, vel male potest fieri, votũ verò debet esse de bono meliore. Sic nonnulli apud Sanchez. *l. 3. De cal. c. 18. numer. 2.*

⁵⁷ *Potest quidem.* Potest quidem. Quia potest quis cum lude, & merito obligare se ad abstinendum ab aliquibus licitis, ac bonis, v. gr. à matrimonio, & à certis cibis salutaribus, ab amicorum conuiuiis &c. Sic ergo potest aliquis ex meliore fine à delectatione cibi abstinere, vt magis Deo vacare valeat, vel vt pro peccatis satisfaciatur. Ita Sanchez *citatus.* & alij apud ipsum.

⁵⁸ *Primam sc. etiam reicio, & aliud addo.* Primã sententiam omnino reicio, & indico quãdopã huius voti seu iuramenti violatio sit gravis, aut levis. Porro si finis fuit temporis iactura, non erit gravis violatio si per paruum tempus luserit etiã magnã summam, sine periculo tamen persistendi in ludo per longius tempus. E contra si finis fuit vitare pecuniæ iacturã, aliorũ peccatorũ pericula, violatio erit gravis modico et à tempore ludere summã notabilem; & è contra non erit gravis longiori tempore ludere sine periculo aliorum peccatorum, aut iacturæ talis fortunarum, quale voto vel iuramento impedire intendebat.

DVBIVM X.

An sit lethale peccatum ludere principaliter propter lucrum.

⁵⁹ *Est lethale.* Est quid. Quia tam desideraretur, & intendetur principaliter proximi damnum

num contra decimum decalogi præceptum, *Non concupisces rem proximi tui.* sic Gabriel. in 4. d. 15. q. 13. concl. 3. Abal. ad c. 6. Math. 9. 53. & alij plures apud Salas de ludo, dubio. secund. numero primo.

60
Lethale non est.

Non est lethale. Quia sicut non est contra nonum præceptum proximi uxorem desideraret modo licito hoc est casu, quo eius maritus moreretur, ita non est contra decimum præceptum desiderare rem proximi tui modo licito, id est, quod ea res tua fiat per ludi contractum. Ita Molina d. 511. Sanchez libro primo consil. capite 8. dub. 24. numero 11. Salas, citatus, & alij apud ipsos.

61
Hæc sententia mihi probabilis.

Hæc sententia communis est. Primæ autem fundamentum non videtur: eodem enim argumento probari posset, nec etiam posse lucrum haberi ut finem ludi minus principalem, cum neque hoc modo possimus aliena concupiscere, eo concupiscentiæ genere, quod ibi prohibetur.

D V B I V M X I.

An ludere principaliter propter lucrum sit saltem veniale piaculum?

62
Est quidem veniale.

Est profecto. Quia finis ludi est licita recreatio, est autem peccatum veniale convertere in alium finem rem ad finem alium inuentam. Et quia ille actus pertinet ad prodigalitatem, exponere scilicet pecunia fortunæ. Sic Nauar. summ. capite 19. numero 3. & 8. Covar. Vega, & alij quos refert Salas de ludo dub. 3. numero secund. & 4. Azor. p. 3. lib. quint. capite 24. qu. 1. dicens eum ætate esse otiosum, nam otiosus est actus qui ad nullum honestum finem est utilis: talis autem videtur esse lusus, in quo non est maior spes lucri, quam timor iacturæ: non enim videtur utilis ad lucrum, quare si non ad recreat omem, sed ad solum lucrum ordinetur videtur esse actus otiosus. Petr. Ledes. apud Salas n. 4. asserit esse veniale, quia actus ille continet avaritiam, cui ipse Salas videtur consentire, & approbat Sanchez li. consil. capite octavo dub. 24. n. 12.

63
Veniale non est.

Quando debet concurrere circumstantiæ non est veniale piaculum propter lucrum principaliter ludere. Quia, fundamenta contrariæ sententiæ solidatæ non nituntur: possit lucrum honeste appeti, & procurari. Ita Medina, Sotus, & alij à Salas citati *ubi supra* Lugo tom. 2. de iust. d. 31. n. 4.

64
Cum his opinor.

Cum his opinor. Quia non est peccatum ordinare medium ad eum finem, ad quem est utile, si finis ipse licitus sit. Sic potest homo absque veniali comedere cibum delectabilem potius quam ingratum, licet uterque sit æque sufficiens ad naturæ sustentationem, & hoc propter delectationem illam moderatam, quam licite percipere potest ad recreandam naturam. Et quia ludus non est actus otiosus non solum quando est maior spes lucri, sed etiam quando esset æqualis. Nam sicut qui emit domum iusto pretio, non plus lucratur, quam perdat, & tamen emptio illa non est otiosa, sed utilis ad habendam domum, quam desiderat: sic qui ludit desiderat maius illud lu-

crum, ad quod necessarium est dispendium periculi iacturæ, nec est otiosus ludus, cum sit utilis ad maius lucrum, quod sine iacturæ æqualis periculo obtineri non potest. Quare nec est prodigalitas, cum non exponatur pecunia periculi sine causa, sed propter spem lucri maioris. Denique in vniuersum verum non est, ludum cum huiusmodi intentione avaritiæ continere; quia desiderium lucri, nisi nimium sit, non semper continet avaritiæ, cum possit lucrum honeste appeti, & procurari ad familiaræ, vel status sustentationem.

D V B I V M XII.

Licitumne est ludere preces sacras, si quis vultus debeat aliquoties pro victore aut pro animabus purgatorij Angelicam (v. gr.) salutationem recitare?

Non est licitum. Quia irreuerentia est, sacra profanis admiscere. Imo est simonia, si se civiliter ad id velint collatores obligare sic Ludon. Lopez. p. 2. Instruct. capite 32. in fine Vega v. ludus, c. 14.

Licitum est, quia potest sine irreuerentia, & sine simoniæ periculo geri. Ita Nauar. summ. cap. 20. numero 7. Sanchez lib. primo consil. capite octavo dub. 24. numero 15. Rebellus de iust. lib. 12. Salas de ludo dub. 23. n. 1.

Placet mihi sententia hæc, nam duplex illa conditio (quam Doctores eius innuunt) concurrere potest. Prima conditio est, ne propter præsentiam ludi periculum sit defectus debiti reuerentiæ in oratione soluenda dum ob redditum ad ludum, mente omnino distracta, & festinanter oratio quasi ludica recitatur, quis verò abneget haud difficile posse huic incommodo occurrere? Secunda circa simoniæ conditio servatur, si utrinque oratio soluenda sit, si enim vnus solvere aliquid temporale deberet, si vinceretur, alter vero, quia nihil aliud habet debeat si vincatur, preces recitare, iam adesset simoniæ periculum, quatenus temporale opponitur spirituali in contractu oneroso, in quo exigitur æqualitas inter id, quod ab utroque ludente est soluendum. Quod periculum cessat, si utrinque aliquid mere spirituale solvatur, commutare enim spirituale pro spirituali, non est prohibitum, nisi de iure humano in aliquibus materiis, v. gr. in Beneficiis. Quare nec etiam si ludentes se civiliter obligent, simonia interueniret.

DVBIVM XIII.

An Peccent lethaliter exponentes mensas
publicas ad ludendum: recepturi om-
nes, qui ludere volunt, remissive?

DVBIVM XIV.

An lethaliter delinquant, qui contra
legem præscriptum ludo prohibito
dant operam?

cus ludo aleæ defertiens; communione priuatur
(quod intelligendum de laico nimis ludo dedi-
to) illa tamen prohibitio saltem quoad laicos
non est vñ recepta. Lessius. 6.

DVBIVM XV.

An Clerici peccent lethaliter ludis prohi-
bitis operam exhibentes?

Vidimus varias esse leges, quibus ludus
Clericis prohibetur, quædam quidem
Cæareas in Authent. Interdicimus, Codic. de Leges Cæ-
Episc. & cleric. de qua poena aut lege cutan. sarcas. &
dum non est, cum princeps sæcularis Canonicus
non vacat poenam Clericis imponere, vel contra cle-
legem specialem pro Clericis ferre, ut cum aliis ricas luden-
annuat Molina. d. 512. Alias Canonicas in can. res ad me-
41. & 42. Apostolorum, qui habetur. cap. 1. dist. moriam
35. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aduoco.
alea, ac ebrietati vacans aut desinat,
aut deportatur. Subdiaconus, aut Can-
tor aut Lector similia faciens, aut desinat, aut
separetur. Et in cap. Clerici, de vita & honest.
Clericor. de eisdem dicitur: Ad aleas & taxillos
non ludant, nec huiusmodi ludis interfint. De-
nque Tridentinum sess. 22. c. 1. renouat omnes
antiquos Canones circa hanc materiam, eorū-
que poenas, adductis aliis Ordinarij arbitrio im-
ponendas. Quæritur igitur, num Clerici de-
linquant lethaliter his ludis operā impendendo.
Delinquant plane. Quia leges hæc
graves equidem transgrediuntur. Sic Molina
d. 512. circa fin. Sanchez lib. 1. consil. c. 8. dub.
25. Salas de ludo dub. 24. Lessius l. 2. cap. 27.
dub. prim. & alij communiter.

Minime grauius delinquant. Quia quantum
ex præcepto iuris positum non videtur esse ma-
teria hæc adeo grauis. Et quia hi canones non
videntur hoc tempore recepti, nisi quatenus
prohibent id fieri cum scandali periculo, nec
per superiores curari, ut executioni mandentur.
Ita Caietan. & Henric. apud Sanchez n. 3. &
videntur fateri Lessius n. 5. Filliuc. tr. 37. n. 59.

Ego existimo, frequentiam solam in Cleri-
cis prohiberi, prout significant verba illa, Va-
cans, Defertiens, Aleator, quæ consuetudinem
significant. Vnde Clericus lethaliter non delin-
quet si rato ludat etiam magnam quantitatem
excluso scandalo. Monuerim tamen, vix posse
contingere, quod sine graui scandalo Clericus
publice ludat magnam pecuniæ summam, &
ex longo tempore ludo vacet. Negari autem non
potest, canones illos receptos hodie non esse in
toto suo rigore, cum & de laicis etiam & de
Clericis omnibus loquantur.

DVBIVM XVI.

An Religiosi delinquant chartis ludentes?

Lethaliter peccant. Quia ludus chartarum
Religiosis longe magis indecens est, & scā-
dalosus aliis, quam Clericis sæcularibus eoque
magis ipsis indecens, & scandalosus aliis quo
archiorem vitam profitentur. Sic Alcozer. l. de
ludo. c. 11. mitius Rebellus l. 12. de inst. g. 1. putat
Religiosos

68 Ecolo ludam alearum seu fortunæ prohi-
beri leg. 2. 3. & 4. ff. aleæ vñ, & in Auth.
Alearum vñ, Cod. de aleatorib. & alear.
vñ. Vbi additur, vñtum non esse condemnan-
dum ad solvendum, imo concedendam ei,
vel eius hæreditibus soluti repetitionem: permi-
tunt tamen in his legibus in conuuijs, quod ad
comendandū est. Prohibentur etiam sponsones
à circumstantibus in ludentium fauorem. De-
nque in præfata Authent. prohibetur, ne aliis
etiam ludis non prohibitis perdi possit ab vno
ludente supra vnum solidum, quod Sanchez
l. consil. c. 8. dub. 25. numer. 4. cum aliis dicit fe-
re duobus ducatis nostris æquialere. Aliæ
sunt prohibitiones municipales in Regno Ca-
stiliæ, quas referunt Sanchez dub. 26. Molina
d. 512. & Salas dub. 4. Quæstio igitur est, an
contra has leges ludentes lethaliter delin-
quant?

69 Delinquant lethaliter. Quia lex ob gravem
causam lata, nempe ad grauius, incommoda spi-
ritualia, ac temporanea vitanda violatur. Sic
plures, quos congerit P. Salas de ludo dub. 3.
numer. 5.

70 Non delinquant lethaliter. Quia vel leges il-
lae solum obligabant ad poenam, vel non fue-
runt aliter receptæ, vel sunt iam vñ abroga-
te, Ita Molina d. 512. Salas ibi, numer. 2. San-
chez l. consil. cap. 8. dub. 25. numer. 5. Lessius
l. 2. c. 26. dub. 1. mm. 6. Azor. to. 3. l. 5. c. 27. q. 1.
Filliuc. tr. 37. cap. 4. n. 58. & alij plures, quos ipsi
affrunt. Quod idem in legibus Castelle præ-
dicti Auctores asserunt.

71 Hoc longè verius esse puto: Et quamuis Mo-
lina ibidem: Non audeat excusare à lethali lu-
dentes tesseres, seu taxillos, Hispanè Dados, quod
idem docent Cast. & Alcozer apud Sanch dub.
26. n. 6. iple autē n. 7. & Salas dub. 4. n. 10. plu-
res referens, generaliter loquuntur, & negant,
ex vi earū legum esse hodie obligationem gra-
uem à ludis prohibitis abstinendi. Aduerto ta-
men cum Sanctio n. 8. quando lex irritat tracta-
tionem dominij, prout lex Hispania videtur ir-
ritare circa milites in ludo taxillorū, peccati le-
thaliter contra iusticiam, cum sine titulo suffi-
cienti qui ita ludunt, accipere velint alienum.
Quod autem dictū est de iure civili, astringendum
de iure cōmuni Canonico respectu laicorum.
Nam licet in cap. Episcop. 35. dicatur, quod lai-

73 Delinquunt
plane gra-
uiter.

74 Grauius
non delin-
quunt.

75 Auctoris
iudicium.

76 Lethaliter
peccat aut
venialiter
saltem.

228 Theologiae Moralis Lib. XL.

Religiosos non posse à veniali excusari, si vel semel ludant, nisi vigeat necessitas excitandi, vel recreandi infirmum, vel aliud simile, cui non possit aliter satisfieri.

76
*Nec le-
uiter, nec
venialiter
delinquunt.*
Minime peccant, si ludis prohibitis non dent operam. Quia licitus est eis ludus, nec scandalum ingenerare potest, si modeste se gerant, & moderate ludant id ad quod prelati habent facultatem, ob solam animi recreationem. Ita Salas *de ludo dub. 24.* durum iudicans esse contrarium, & alij.

78
*Auctoritas
resolutio.*
Ego quidem existimo regulam desumi debere ex indecentia, quam iuxta presentem rerum statum ludus Regularis statui offerre videtur. Vnde indubitanter assero hominem nostrae societatis chartis vel semel publice ludentem peccati lethalis esse reum. Id quod de PP. Capucinis, Carmelitanis Discalceatis ac similibus dixerim, quia in his Religionibus magis regularis disciplina viget. De aliis etiam Religiosis idem assererem, si in aliquibus exterior procedendi ratio non aliquantulum ab illo primitivae observantiae deflexisset statu. Tunc enim eiusmodi ludus magis indecens illis erat, maiusque secularibus generabat scandalum, quam hodie generat. Itaque gravitas huius obligationis indicanda est ex Regionis consuetudine, ex scandalo, ex frequentia, ex quantitate pecuniae ludo expositae, ex ludi qualitate (neque enim omnes sunt aequè indecentes) & ex aliis similibus circumstantiis, quae facile possunt variari. Profecto religiosum quemcumque ille sit, in secularium conspectu chartis ludentem haud audebo à veniali piaculo excusare.

DVBIVM XVII.

An si quis in ludo exponit rem furtivam alienam, aut apud se depositam: qui eam lucratus est teneatur, eam domino reddere, ubi scit, alienam esse?

70
*Tenetur
quidem.*
Si res illa non sit usu consumptibilis, qui seam lucratus est cum Primum scierit alienam esse tenetur domino reddere. Quia ad id ratione rei acceptae obligatur. Sic Mol. d. 518. Lessius l. 2. capite 26. dub. 5. Salas *de ludo dub. 8. num. 1.*

80
*Non tene-
tur.*
Non tenetur eam domino reddere, sed potest eam reddere collusori illi, ut ab eo pretium, quod exposuit, recuperare. Quia cum ludens, rem illam habuerit ex contractu oneroso, & qui eam perdidit teneatur de eversione, sicut si vendidisset, ut hi Auctores admittunt: consequens est, ut si postea non possit possessor recuperare pretium ab eo, qui eam perdidit, valeat eidem, & non domino reddere, ut valorem recuperet, ut diximus supra de eo, qui bona fide rem alienam à fure emit, posse eidem eam reddere, ut pretium suum recuperet, aliter non recuperandum, ut se indemnem conferret. Ita Lugo 10. 2. de iust. d. 31. num. 13.

81
*Idem affir-
mo.*
Idem affirmo si aliter rem illam recuperare non valeat. Nam licet in casu nostro lucrans nullam pretium pro re illa dederit, non tamen

eam gratis habuit, sed ex oneroso contractu, imò, & quodammodo emit, periculum, cui se exposuit, perdidit: quod periculum dignum erat pretio, & nullum aliud pretium fuit statutum nisi res illa ludo exposita sub conditione, si vinceret. Si ergo uterque de eversione tenetur rei, quam ludo exponit, non video, cur ad recuperandum debitum suum non possit, qui eam lucratus fuerat, reddere ei qui perdidit. Sicut qui sub pignore mutuavit, scilicet postea pignus esse alienum reddere potest pignus mutuatario ad mutuum recuperandum.

DVBIVM XVIII.

Cum tibi in ludo pecunia deficeret, clam eam à colludente surripuisti, eaque postea lucratus es, habens quidem unde valeas eam pecuniam ablata restituere: Potesne lucrum id retinere?

82
*Non potes
lucrum re-
tinere.*
Si fur non habebat, unde pecuniam illam restitueret, contractum ludi existimo fuisse nullum, atque idem non posse te lucrum ex ipso retinere. Quid si habebas unde pecuniam illam fortuitam restitueres? Adhuc non potes lucrum retinere. Quia ludus ille est involuntarius adversario, qui sane nollet ludere, sciret, pecuniam illam esse sibi furto sublatam. Et quia non servatur in ludo aequalitas, in quo fur ludit quasi pecunia absente licet domi habeat, unde solvere possit. Sic Ledelma *summ. tr. 31. cap. secundum. concl. 7.* Salas *du. 8. n. 5.* dicens contrarium esse probabile.

83
*Potes rui-
nere lucrum.*
Potes equidem id retinere lucrum. Quia etiam quando pecunia alteri sublatam fuisset, nollet ludere adversarius, si id sciret: & tamen ludus est validus. Et quia fur re vera ludis pecunia praesenti, quam facis tuam volens restituere pro furto ex pecunia absente, in ludo tamen tuam pecuniam praesentem exponis. Ita Sanch. lib. 1. *consil. capit. octavo. dubio 22. numero quarto* & alij.

84
*Eiusdem
sententia memi-*
Idem affirmo. Nam quod fur ex iniuria pecuniam habuerit, quam ludo exponit, nimis extrinsecè se habet ad contractum sequentem. Alioquin, si ex bello iniusto captivus aliquis detineatur, & postea ad recreationem cum victoribus ibi ludat, non poterunt ipsi lucrum ex ludo retinere, quia iniusta captura dedit Ludo occasionem, qui non fuisset, captura non praecedente, quod tamen nemo diceret, quia nimis extrinsecè ac remote se habet ad ludum sequentem. Cum ergo in casu nostro adversarius non moveatur metu, aut minis ad ludendum, sed desiderio pecuniae, quam praesentem videt, & haec iam facta sit furis, non apparet (Magistri mei P. Ioannis de Salas venia) unde ludus sit irritus vel fur habere debeat lucrum restituendi obligationem.

DVBIVM

DVBIVM XIX.

Id quod filiusfamilias per totum annum licite ludere potest, potestne etiam semel initio anni totum simul ludere cum animo in toto anno iterum non ludendi?

85 **N**on potest. Quia patris consensus videtur esse, ut filius per totum annum eam animi laxationem habere valeat. Sic nonnulli, quos affert Sanch. de ludo c. 8. du. 7. n. 6.

86 **P**otest quidem. Quia si filius eiusmodi recreationi renunciat, non videtur esse contra patris voluntatem. Ita Sanch. citatur. Lugo to. 2. de inst. d. 3. n. 21.

87 **M**erito id ad his doctoribus affirmatur. Nam si pater annuit ludo filij per totum annum, ut recreationi eius prouideat, filius iuste renunciat duntaxat illi recreationi, ut semel maiorem percipere valeat.

DVBIVM XX.

Qui lucratur à filiofamilias eam summam, quam toto anno posset perdere, debetne inquirere, an iam eo anno summam illam in aliis iacturis expleuerit?

88 **D**ebet profecto. Quia illud ipsum totam summam eam simul ludo exponere, generat probabile argumentum, quod filius iam iterum summam aliam ludo exposuerit. Sic aliqui, quos, presso nomine, Card. de Lugo memorat, non omnino eorum improbandi sententiam, to. 2. de inst. d. 3. n. 22.

89 **M**inime debet. Quia in casu dubio melior est conditio possidentis. Et quidem durum videtur in dubio lucrantem obligare. Alioquin enim, etiamsi vnum aureum lucratus esset deberet illam restituere, ne forte iam prius totam summam amisisset. Imò, & quicumque ab eo elemosynam, vel dona aliqua acciperet, deberet ob eandem causam reddere, Ita Sanch. cum alijs de ludo c. 8. du. 7. n. 6.

90 **E**go autem existimo posse illud lucrum à collatore retineri, si filiusfamilias consuetudinem ludendi non habeat cum alijs. Nam si eam habet, dabit ab eodem, vel ab alio inquiri, an ultra id, quod ludere poterat, eo anno amiserit. At si sciri non possit, retinere posse lucrum, ob meliorem possidentis conditionem. Igitur quando non constat ex circumstantijs probabile periculum, quod iam in eo casu summam licitam excederet, non video præsumendum esse delictum, sed potius præsumerem, licite id alienauisse.

Esch. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

DVBIVM XXI.

Qui supra summam illam, quam, patre annuente, filiusfamilias perdere valet lucratus est, debetne totum lucrum restituere?

91 **D**ebet totum lucrum reddere, nec sufficit excessum. Quia in hoc casu totus ludi contractus vitiosus redditur. Sic Alcozer l. de ludo, c. 17.

92 **N**on debet totum reddere lucrum, sed solum excessum. Quia quoad illum solummodo contractus vitatur. Ita Sanch. de ludo, c. 8. du. 8. n. 7. alios referens.

93 **S**cio Ioannem medina de resitut. question. 10. in simili cum Alcozer consentire, sed immerito. Nam si quis supra pretium rigorosum mercis aliquid iniuste accipit, non vitatur totus contractus, sed solummodo quoad excessum. Vnde melius Sanchez opinatum esse crediderim.

DVBIVM XXII.

Si filiusfamilias, qui potest verb. grat. quinque aureos perdere, lucratur successive triginta, potestne illos triginta quinque tunc ludere & perdere?

94 **M**inime potest. Quia eo ipso quod illos triginta aureos lucratus est, cedunt patri, qui tantæ iacturæ consensus non exhibet. Sic docti quidam, quos consului, & non omnino improbabiliiter.

95 **P**otest plane, quando idem adhuc ludus perseverat. Quia lucrum illud est solum, quod absolutò ludo remanet. Ita Sylu. Ang. Nau. & alij neplures, quos congerit, ac sequitur Sanchez l. 1. c. 3. du. 8. n. 1.

96 **H**oc omnes, quos legi, fatentur. Vnde ego infero, posse in eodem ludo perdere non solum id, quod lucratus fuerat, sed etiam id, quod de placitum suo perdere potuisset.

DVBIVM XXIII.

Quando non est idem ludus sed sequenti die cum eodem, vel cum alio collusore filiusfamilias ludum instituit, potestne perdere triginta illos aureos, quos quinque aureis, quos perdere poterat, fuerat lucratus?

97 **D**ixi Dub. 22. filiumfamilias posse ludere, ac perdere licite quinque aureos, quos ex patris consensu stituit.

consensu perdere poterat, & simul triginta alios, quos quinque illis fuerat lucratus, quando idem ludus perseverat. Iam requiro, num idem sit asserendum, quando non est idem ludus, sed die sequenti, aut post dies institui tor?

98
Perdere
illos non
potest.

Non potest illos triginta quinque aureos alio in ludo perdere. Quia post primum ludum terminatum iam videntur triginta illi aurei magis in patris cessis se possessionem. Sic Arm. Gabr. Rollet. apud Sanch. l. 1. conf. de ludo, c. 8. dub. 3. n. 2.

99
Potest illos
perdere.

Potest quidem. Quia pater volens ludum filio permittere, censetur licentiam dare, ut ludo exponat id, quod ludo lucratus fuerat, ne parum civilis ab eo qui perdidit, reputetur. Ita Sanch. ibid. citans Angelum, Sylvestr. Nauar. & alios. Melius hos opinatos esse existimo. Imo crediderim non solum cum idem, à quo lucratus fuerat, posse die sequenti totum illud perdere, sed & cum alijs diuersis: quoad hoc enim etiam videtur interpretatiuus patris adesse consensus; ut Sanch. numer. 3. & Bannes 2. 2. q. 32. a. 7. annotant.

DVBIUM XXIV.

Lucrum ex ludo suscepto ex qualibet tractione, nempe ex precibus, &c. debetne lucrante collatori restituere?

100
Debet restituere.

Secunda conditio ad ludi iustitiam est libertas, propterea coactione, ac dolo distinguitur.

Trahens igitur alium ad ludum, quomodo cumque trahat nempe precibus aut importuna inuitatione, debet ei totum lucrum restituere. Quia preces illae, & instans inuitatio videtur trahere collatorem inuitum ad ludendum. Sic D. Tho. 2. 2. q. 32. a. 7. ad 2. Innocent. Palud. Turrecr. Tabie. apud Molinam d. 516.

101
Non debet restituere.

Non debet sic trahens lucrum restituere. Quia preces vel inuitatio simplex licet importuna nullam iniuriam continent, nec ullam causam inuoluntariam etiam mixtam. Ita Sanch. de ludo c. 8. dub. 9. n. 1. Mol. ibid. Lugo 20. 2. de iust. d. 31. n. 27.

102
Hos sequor

Hos sequor indicans Doctorem Angelicum haud locutum esse de qualibet tractione, sed de violenta. Volentes enim non tradimus, sed ducimus, nolentes vero trahimus.

DVBIUM XXV.

Quando tractio ad ludum est cum violentia, aut metu graui iniusto, debentne restituere illud lucrum is, qui traxit, & qui tractus fuit, si ipse lucratur?

103
Debent quidem.

Debent plane. Quia cum ludus petat aequalitatem, necesse est, ut vel uterque, vel neuter lucrari valeat. Quare cum trahens lucrari non possit, necesse est, quod neque etiam tractus, alioquin posset solus lucrari, & non

perdere. Sic Vich. Lud. Lopez, Alcozer, & alij, quos refert Sanch. de ludo d. 1. 1. m. 1. dicens hanc sententiam esse probabilem.

Neuter debet lucrum restituere. Quia licet interceserit inuoluntarium mixtum ex parte tracti, fuit tamen voluntarium simpliciter, quod sufficit ad transferendum dominium lucri. Ita Molina d. 516. Franc. Garcia de contr. p. 2. c. 19. & probabilem docet Diana p. 2. tr. 3. ref. 27.

104
Non debent.

Ego autem communi ac veriori sententiae haerens, affirmo, illi, qui iniuste trahitur, ac cogitur polse lucrari, & lucrum retinere, trahentem tamen, si lucranti, debere lucrum tracto restituere. Fundamentum autem huius obligationis restituenti lucrum, non debet accipi ex iure, quod metus iniustus, vel violentia dat ad rescindendum contractum, sed ex alia radice, nempe ex obligatione, quae iniusta laesio, seu iniuria secum affert relata ad totum damnum ex iniuria subsequutum. Nam omnis iniusta laesio affert hanc obligationem vniuersalem reddendi indemnem eum, cui iniuria intulit, & rescindi totum damnum, quod ex occasione talis iniuriae ei subsequutum est in omni genere. Vnde si metu graui iniuste coegit Antonium ad equum vendendum, etiam si pretium iustum solueris, si tamen Antonius eam ob causam coactus est postea emere alium equum cariori pretio, debes hoc damnum ei relarcire, quod tua causa passus est, non quidem rescindendo contractum, qui mortuo iam fortasse equo rescindi non potest, sed reddendo ei indemnem à damno, quo ex tua iniuria ei est subsequutum. Cum ergo trahens per violentiam iniustum alium ad ludendum, inferat ei iniuriam in violentia, ac iniusta tractione, reus fit totius damni, quod ex violentia illi subsequitur, & debet eum reddere omnino indemnem obligatione scilicet ex iniusta laesione oborta. Fatetur denique contractum ludi debere esse aequalem, vnde si coactus lucrari potest, poterit etiam cogens. Ex vi enim contractus vterque est aequalis, & ideo cogens etiam potest lucrari, & lucrum dominum acquirere, aliunde tamen manet ei obligatio, non ex contractu, sed ex iniuria extrinseca, ratione cuius debet damnum coactus relarcire.

105
Auctoritas
resolutio
&
expositio
quae non
vberior.

DVBIUM XXVI.

Estne contra iustitiam, si aduersario errante contra se in numerandis punctis, vel in accipiendo primo loco, qui sibi competebat, eum de errore non moneas?

Est contra iustitiam. Quia lex ludi est, & cōditio, ut ingenuè, & sine fraudibus ludatur. At sine ingenuitate ac fraudulenter ludis, qui aduersarius sic errantem non admonet. Sic Nau. Lud. Lopez, & alij apud Sanch. de ludo, c. 8. d. 4. Azor. p. 3. l. 5. c. 25. q. 2. Mol. d. 517. Reb. l. 1. 2. de iust. q. 3. qui addit, nisi forte lex ludi alibi sit, ut id non attendit noceat.

106
Est contra
iustitiam.

Contra iustitiam non est. Quia ludi haec lex est, ut error proprius noceat erranti, dummodo alter positum non decipiat. Ita Alcozer, quem sequitur Sanch. illo d. 1. 4. Lessius, quem refert, ac lequitur Lugo tom. 2. de iust. d. 31. numero 26.

107
Contra iustitiam non est.

profecto

Sectio II. De Contract. Fortunæ 231

108
Iudicium
autoris.

Profecto circa ludū sunt fraudes duplici generis, quædam licitæ, & permittæ; quam sicuti in bello, an dolus, an virtus quis in hoste requirat? Sic etiam in ludo. Aliæ tamen sunt illicitæ, & iniustæ. Regula generalis est, fraudes illas, & camelas licitas esse, quæ secundum leges ludi illius communiter permittuntur, in dubio autem standum est peritorum iudicio. Circa quæstionem vero nostram secundam sententiam veniorem esse reor. Certum denique mihi circumstantes, qui errorem aduertunt, non teneri ex iustitia errantem admonere, nisi ea cura eis sit demandata, imò peccare contra iustitiam admonendo quoties aduersarius non tenetur ex iustitia illum admonere.

DVBIVM XXVII.

Debesne restituere. Antonio centum aureos, quos ab eo ob fraudes lucratus es: poterisne ab illa restitutione liberari, si tantundem cum eo perdes?

109
Cris præ-
mitto.

Erram est, si non perdas cum Antonio in eodem ludo, sed in alia die, te à restitutione faciendi non liberari. Nam hic ludus secundus est alius contractus diversus, in quo ille iuste lucratur, & ex vi cuius debes solvere nonnum debitorum. Non potes igitur vnica solutione duplici debito satisfacere. Difficultas est, quando in eodem ludo perdis cum eodem id, quod per fraudem iniuste lucratus fueras, an à restitutionis obligatione libereris.

110
Liberaris
plane.

Liberaris quidem. Quia lucrum dicitur esse solum, quod finito ludo manet. Et quia ille videtur vnicius esse contractus. Sic Armilla v. *Ludus*, n. 7. Sanch. dicit esse probabile, *du. 19. n. 5.* & alijs doctis placere.

111
Non libe-
raris.

Minimè liberaris. Quia singule sortes, & commisiones sunt diversi contractus à precedentibus independentes, in quibus denno vtique ludens subit nonnum periculum, quare ille, cui iam debebas delicto restituere, acquirat nonnum ius lucrandi, & per consequens acquirendi aliquid ultra id, quod aliunde ei debebatur, atque postea posset solum perdere, & nihil lucrari, cum solum posset acquirere nonnum titulum ad id, quod iam sibi debebatur. Ita Sanch. ibi, citans alios *Logo 10. 2. de iust. d. 31. nu. 39.*

112
Probabi-
lius.

Idem affirmo probabilius. Nam si clam accepisses ab eo inter ludendum aliquam pecuniæ quantitatem, quam postea ipse lucraretur, non libereris à restituendi obligatione ob furtum præcedens: Et idem dicendum in casu nostro, quod enim per fraudem abstulisti, furatus es, & debet restitui, nec potes vnica solutione duplici diverso debito satisfacere. Quod autem dicitur, lucrum esse solum quod finito ludo manet, habet solummodo locum in filiis familiaris qui ex patris consensu censentur habere facultatem exponendi iterum ludo lucrum, donec omnino absoluatur.

DVBIVM XXVIII.

Quando magis peritus in ludo possit non fingi, nec decipi, sed aduersarius à se ipso deceptus, (quia eius peritiam: ac dexteritatem non satis nouit) ludit, debetne lucrum restituere?

Restituere non debet. Quia non interuenit dolus, vel fraus ex parte peritoris, sed sola ignorantia, & deceptio ex parte alterius, hæc autem non irritat contractum, nec dat ius rescindendi, quando non est circa substantiam, sibi enim debet imputare de ceptus, quod non debite examinauerit circumstantias, & periculum, cui se exponerat. Imò in venditione non tenetur venditor saltem non interrogatus manifestare emptori proxime futuram mercium abundantiam, & pretij dimingtionem, qua cognita, nollet tanti rem emere. Sic Tolet. l. 5. cap. 27. n. 6. Dec. conf. 115. Conar. regula Peccatum, §. 4. n. 6. Nau. sum. c. 20. n. 18. Salas de ludo dub. 25. ait esse probabile.

113
Non debet
restituere.

Debet restituere. Quia error dat causam contractui, si enim alter peritiam, & excessum aduersarii cognouisset, nollet utiq; ludere. Et quia in ludo ad eius iustitiam requiritur æqualitas, quæ in prædicto casu deesset. Ita Mol. d. 517. *Le l. 2. c. 27. du. 5.* Reb. Med. Petr. Ledef. Eman. Azor. & alij, quos affert, ac sequitur Salas *circuitus*, n. 1. & omnes alij communiter, Sanch. c. 8. *du. 13. n. 1.* Qui immerito adiecit, certum esse, quod is, qui certus erat de suo notabili excessu, tenetur restituere illum nescienti, non enim est ita certum, quod doctores adeo graues obnegant.

114
Restituere
debet.

Hanc ego sententiam merito præferendam duco propter æqualitatem, quæ ad ludi iustitiam requiritur. Nam sicut in emptione requiritur æqualitas inter rem & pretium, & in contractu societatis requiritur æqualitas inter spem lucri & partem, quæ sociis confert, & in omni permutatione requiritur æqualitas inter vnā rem & aliam, cum qua permutatur, sic etiam in ludo, in quo singuli volunt quasi emere spem lucri periculo iacturæ, requiritur inter spem, & periculum æqualitas, vt sit æqualitas inter datum, & acceptum. Vnde sicut in assecuratione non acciperetur iuste magnum pretium ab assecurante, quando periculum rei assecuratæ nullum, vel lenissimum esset, quia deesset æqualitas inter datum, & acceptum, sic in ludo non asseruatur iustitia, quando pro periculo certo perdendi datur spes nulla, vel lenissima lucrandi neque enim vlla sufficiens ratio differentie inter hunc contractum, & alios omnes onerosos apparet.

115
Hanc præ-
fero senten-
tiam.

DVBIVM XXIX.

Si peritiam, & excessum tuum alteri collusori noti sint, vel à te ei manifestentur potesne ipso adhuc ludere volente, lucrari?

Potes planè. Quia scienti, & volenti non fit iniuria. Sic Azor. p. 3. libro 5. cap. 25. quæstion. 4. & alij, quos affert, Potes planè

116
V 2
Salas

Escob. & Mend. Theol. Mor. Tom. V.

232 Theologiae Moralis Lib. XL.

Salas de ludo, du. 2. n. 4. non bene citans Molinam, cum id absolute non asserat sed cum limitatione mox asserenda Sanch. c. 8. du. 13. n. 7. plures citans.

117 Non potes. Quia sicut non sufficit ad iustitiam venditionis, si vitium rei emptori manifestetur, & adhuc rei cupiditate soluat pretium excessivum ultra eius valorem, neque enim donare censetur excessum, sed dare necessitate coactus, vel cupiditate rei quam aliter habere non potest, ita in ludo qui subit periculum illi pro spe lucris, quæ non est, non præsumitur donare, sed dare ad obtinendam illam spe in ludi, quam aliter habere non potest. Quare protestatio sola non sufficit, nisi spontanea donatio ex circumstantiis possit præsumi. Ita Lugo 10. 2. de iust. d. 3. n. 50. Mol. d. 5. 17.

118 Existimo cum Molina (hæc est eius limitatio) tunc posse lucrum retineri, quando præsumitur spontanea donatio, quæ quidem præsumi potest, quando res est parva. Addo ego cum Card. de Lugo, vel quando generosus aliquis, & liberalis vult ludi delectationem ea nota iactura emere. Secus quando lucrum est magnum, non adsunt aliæ circumstantiæ, quæ ostendant donandi animum, præsumitur enim potius non credidisse excessum, qualis re vera aderat, & ideo ludendi, ac experiendi affectu lusisse.

DVBIVM XXX.

An licite fiat hoc pactum: Antonius ludat pro se & pro Ioanne, ita ut dimidium iactura Ioannes solvat, lucrum vero solum partem tertiam habeat?

118 Non sit licite, nisi forte Antonius subeat periculum soluendi poenam, si ludus erat prohibitus, quæ quidem poena à solo Antonio exigetur ludente non à Ioanne, cuius vice ludit. Quia hic est quasi contractus societatis, in quo socius æque debet de lucro, & de damno participare. Sic Sanch. de ludo c. 8. dub. 2. Alcozer de ludo c. 4. 4.

120 Licite fieri sæpe potest. Quia in societate qui operam, & industriam apponit, & rursus dimidium capitalis, plus debet de lucro participare, & minus damni sentire, cum semper amittat operam, & industriam. Potest ergo contingere, quod opera, & industria Antonij in ludo digna sit tota illa retributione, v. gr. si in ludo pilæ strenue partes sociorum suorum tueatur, qui merito, ut illum socium habeant possunt hanc illi indulgentiam concedere. Ita Card. de Lugo 10. 2. de iust. d. 3. n. 52.

121 Hoc verum existimo, & præfero. Hoc verum existimo Nam etiam sæpe ex liberalitate Ioannis hoc provenire potest, tolet enim communiter is cuius nomine alius ludit, donare partem lucris ludenti retributione gratuita, licet nihil in iactura debuisset participare, quare non est facile pactum illud universaliter damnandum. Primam autem sententiam veriorum plerumque esse crediderim.

DVBIVM XXXI.

Qui ludit animo non soluendi, vel animo repetendi postea solutum ex beneficio legis repetitionem concedentes, si lucratur, potestne lucrum retinere?

Non potest. Quia decipit adversarium significans, se habere animum soluendi, & non repetendi, quam deceptionem si adversarius sciret, minime luderet. Et quia par debet esse utriusque conditio. Sic Lefl. l. 2. c. 16. n. 31. Lud. Lopez, & Victoria, quos asserit Sanch. citatus à Lugo 10. 2. de iust. d. 3. n. 53.

Potest quidem. Quia vitatur beneficio legis sibi concedentis, ne lucrare teneatur. Vnde alter sibi imputare debet cum velit ludere cum eo, qui beneficio legis potest non soluere, vel repetere, quo etiam beneficio ipse si vellet, posset uti. Ita Sanch. quem Lugo vii. sup. citat, & sequitur.

Hoc teneo, & confirmo. Quia animus soluendi vel non soluendi, aut soluendi, & non repetendi non est necessarius ad valorem contractus ludi: sicut nec animus soluendi votum, vel non petendæ dispensationis voti est ad eius valorem necessarius. Ego sine tali animo contractus ludi validus fuit, & potuit ludens ius acquirere ad lucrum. Sicut coniux valide contrahit matrimonium, & acquirit ius ad corpus, & ad fidem uxoris; quamvis ipse contrahat cum animo non servandi uxoris fidem promissam.

DVBIVM XXXII.

Quando alter fingit se habere in crumena pecuniam, nec animum habet soluendi, cum posset soluere si vellet, potestne si lucratur, lucrum retinere?

Potest quidem. Quia si perderet, teneretur soluere, sicut si pecuniam adulterinam, & falsam pro vera apposuisset, teneretur etiam soluere veram, si perdidisset, & per consequens posset lucrari. Sic Sanch. apud Lugo 10. 2. de iust. d. 3. n. 58. Concl. de ludo, p. 3. n. 14.

Non potest. Quia alius si veritatem sciret, ludere nollit, & mendacio illo nocivo ad ludendum inducitur. Ita Lugo citans.

Hanc sententiam iudico veriorum esse, quando ille alius, si veritatem sciret, ludere nollit, secus si conscius veritatis adhuc ludere velit. Certe quamvis ipse ex parte sua possit lucrari, ille tamen, qui dolo vitatur, videtur propter iniuriam obligatus ad reparandam damna, quæ decepto ex ludo proveniunt, & per consequens ad reddendum ei lucrum.

DVBIVM

D V B I V M XXXIII.

*Lucrans in ludo prohibito teneturne ex-
tra iudicium restituere quod
lucratus est?*

128
Tener
quidam.

Litans ludio legibus prohibito, restituere
conuenit extra iudicium, quia antequam vi-
ctus petat. Quia lacrum illud fuit inique acqui-
situm, & male parata restitutioni sunt obnoxia,
& quia contra contraria lege prohibitus eo ipso est i-
licitus. *Non dubium e. de legibus.* Sic D. Thom.
quem auct. Lugo 10. 2. de iust. d. 3. n. 60. quem
tamen alij varie interpretantur. Bonavent. Syl-
uest. Tabie. & alij quos referunt Salas *de ludo*
dub. quin. numer. prim. & Sanchez *capite octauo*
dub. 1. num. 1. Aliqui autem ex iis dicunt res-
tituendum esse victo, alij vero pauperibus
saltem quando ipse non fuit prouocatus, sed
prouocauit ad ludum.

129
Non tenet.
ur.

Non tenetur restituere, antequam victus peccat. Quia de iure naturæ non tenetur lucrans restituere, cum lucrus, sit de se contractus iniustus, & licitus de iure etiam communi non est talis obligatio, cum leges humanæ contractum, vel translationem dominij non irritent, sed tantum præcipiant restitutionem in iudicio post sententiam. Ita Molina d. 513. Bannes, Soto, Medina: & alij omnes, quos congerit Salas *lib quinto* & Sanchez *cap. 8. dubio 1. n. 1. Lessli. l. 2. c. 26. dub. 3. c.*

130 Hinc cumini veræ quidem sententiæ ad-
Hinc heret. Nam & ex lege *Aleazarum*, Cod. de alea-
mini toribus. Doctores inferunt, etiam victo re-
um pente- non esse obligationem reddendi, nisi re-
um sente- petat in iudicio, ac sententia proferatur, vt col-
lia adheret ligatur ex verbis illis: *Et competensibus ad iuri-*
bus bus reperitur. Nec aliter lex in praxi intellecta
fuit, nec moribus humanis esse contentiens.
Porro lex illa *Non dubium* solum vult, contra-
ctum esse irritandum, retrotracta irritatione
ad diem commissi criminis, vel initii contractus.
vñ Svarius l. 5. de legib. c. 27. exponit.

DVBIVM XXXIV.

*Si victus prius renuncianerit faculta-
ti restitutionis petenda, vel
promiserit se non petitu-
rum, potestne adhuc
eam petere?*

Potes plane. **P**otest quidem. Quia simplex cessio non priuat iure, quod lex ei tribuit in boni communis fauorem; alioquin enim facillime lex inanis redderetur. Sic *Lessi. l. 2. c. 2. dub. 2. &c* alij plures, quos refert, ac sequitur *Salas de iudo dub. 26. n. 7*

Non potest. Quia cessio illa videtur indica-
re illam novam gerere gratitatem donationem.
Et quia collator illi cessione nitens luit, qui for-
tasse non luderet, si suspicaretur, aduersarium
legis beneficio vsurum. Ita aliqui, quos affect
Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

Salas ubi suprà.

Profecto sententiam primam iudicari esse
 riorem. Et quidem si solvere non videtur dubiū,
 quod non prius legi beneficio, omnes enim,
 qui iudicant, promittunt solvere, & ad hoc ipsum
 facta est lex, ut non obstante promissione sol-
 vendi, non cogentur solvere. Unde quando
 etiam promissit solvere, non obstante beneficio
 legis, videtur posse uti eius beneficio, nam lex
 vniuersaliter concedit soluti repetitionem, &
 non potuit ipse legis vim enervare. Quare idem
 dicendum reor, licet promiserit non petere re-
 stitutionem, quia promittere soluti onem simpli-
 titer, est promittere solutionem irrevocabilem,
 & tamen lex voluit, non obstante promissione
 solvendi restitutionem concedi: ergo concedi
 etiam debet, non obstante promissione non pe-
 tendi restitutionem. Attamen si illa promissio
 fieret post factam solutionem, censерem eam
 validam & irrevocabilem, quia tunc iam vide-
 tur esse nova donatio gratuita, & nihil habens
 commune cum iudo. Quare si quis posset valide
 donare aliquid aliud, sic videtur posse tunc va-
 lide donare ius, quod habet ad restitutionem
 petendam.

DVBIVM XXXV.

*Iuravit quis solvere, & restitutionem non
petere, Potestne petere à Pralato iura-
menti relaxationem, creditore invito.*

Si non solum promisit ludens, sed inuitit se
soluturum, & non vltimum beneficio legis ad
repetendum, ex iuramento certum est obli-
gari, quia cum possit non petere, & possit solu-
uere (suppono enim, sine vilo peccato posse id
facere) debet proprii iuramenti ad obsequium. Mol.
d. 515. Lelli 1. c. 26. n. 26. & alij, quos affert, ac-
sequitur Salas de Ind. dub. 26. n. 7. Quæsierim
vero, non possit, inuito creditore, petere a Prae-
torato illius iuramenti relaxationem, atque ea obla-
tenta, non soluere, vel solum repetere?

Poteſt equidem, quia iuramentum illud nul-
lum ſtrictius ius addidit aduerſario, ſed ſolum-
modo obligationem indidit promiſſori non pe-
tendi reſtitutionem, dum iureiurando adſtrin-
geretur, ab hac autem obligatione expeditur, re-
laxatione à Prælato impetrata. Sic Nau. Conar.
Valent. Tolet. Vega, Henric. & alij, quos reſert,
ac ſequitur Salas, *chraſt.* n. 8.

Minimè potest, quia cum iuramentum illud
fit de re licita, & de solutione, quam abq. pec-
cato accipere, & retinere potest victor, videtur
contractum confirmare, & dare ius ex iustitia,
in cuius præiudicium nequit Prælatus relaxa-
tionem concedere. Ita Lessi. citat. Mol. ibid. Re-
bel. & Sotus apud Salas ubi sup.

Sequitur eminentis. Cardin. de Lug. 10. 2. de
inst. d. 2. de contr. in communi, sect. 8. aliter ē iu- 137
ramentum huiusmodi in materialibus confirma- Idem
re pōmitionem, quia ludens irauit fē soluturū
& non vīdū beneficium legis ad repetendum,
ex iuramento certum est obligari, quia cū possit
non petere, & possit solvere, debet propter ius-
iurandum id obferuare, ita Molin. & alij citati.

D V B I V M XXXVI.

*Quando credito creditur, potestne lucrum
in conscientia retineri?*

138 **R**etineri non potest. Quia lex irritat om-
nem promissionem: ergo victus nullo mo-
do id debet ergo victor non habet ius ad
illud accipiendum, & per consequens iniuste
accipit. Sic Comitol. Soto, Castro, Alcozer, Cor-
duba, & alij apud Salas de ludo dub. 26. n. 6.

139 **P**otest retineri à lucrante iuste, si ei solvatur,
Potest reti- quia leges licet irritauerint promissiones, & vi-

etiam ab obligatione solvendi liberaverint, non-
quam tamen irritare domini translationem,
si quis lucratur: nec fortasse expediebat. Ita Sa-
las citat. Mol. d. 115. Bañes, Veg. Aragon. Salo-
ni. & alij multi, quos affert, & sequitur Sanch. c.
8. dub. 4. n. 2. Qui quidem loquuntur non solum
de iure communi, sed etiam de iure Hispano,
quo leges clarius prohibent ludum pecunia cre-
dita, etiam si ludus alioquin non sit prohibitus,
sed pilæ v. gr. vel similis.

Mihi quidem magis hæc sententia placet.
Dixi autem, *Nec fortasse expediebat*. Quia
nobiles, ut fidem datam, & honorem
suum ab omni nota liberarent adhuc solue-
rent, & lucrantes acciperent, nec lex talis de-
serviret, nisi ad illaqueandas subditorum con-
scientias.



LIBER